



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IX. Clericus sine auctoritate episcopi non potest ecclesiam constituere censualem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

C A P. IX. *Idem VVigorniensis episcopo.*

Pars capituli; Meminimus.

Præterea illi qui episcopo ignorantia, auctoritate sua pensionem annuatim de ecclesiis, collusione facta, soluunt aut recipiunt eas, personis defunctis, vbi ab his qui per episcopum vel per ministrum tales eius auctoritate instituendi personas habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, præsertim si pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, auctoritatem & assensum non constituerit interuenisse. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesiis quibus præsunt, auctoritate propria post decepsum suum censuales efficere.

C A P. X. *Idem Carnotensis episcopo.*

Pars capituli; Nos in eminenti.

Dé cetero noueris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum aduersario suo forte componit, postmodum in ecclesia de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri contraria, non est ab loci episcopo hæc aliquatenus reprobanda: sed census absque episcopali auctoritate & ecclesiæ cui præst, sub hoc prætextu solutus, vitam eius qui soluerit, non excedit.

C A P. XI.

Idem Cantuariensis archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Ex frequentibus querelis personarum fatis manifeste didicimus, in partibus vestris consuetudinem prauam admodum & enormem, & sanctorum patrum constitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus inualuisse, quod videlicet clerici cæca cupiditate ducti, ecclesiæ & ecclesiastica beneficia sine assensu dioecesani episcopi vel officialium suorum, qui hoc de iure facere possunt, recipiunt, minus quam deceat sollicitate cogitantes, quomodo id a sanctorum patrum constitutionibus est alienum, & ecclesiastice contrarium honestati. Vnde cum tu frater archiepiscope ex officio tibi commissæ solicitudinis tam iniquam consuetudinem de prouincia tua velis, sicut debes, radicitus extirpare, tam in clericos illos qui eccl-

Nnnn iiij